

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

*cum bifariam ita diuisa esset, ut altera ex parte obscuraretur, ex altera lu-
ret, sensim congrédi cum stella, qua Martis dicitur, & eam quidem, cum
obscura illius parte occupata fuisset, ex parte illius lucida emergere. Non
potuit igitur hoc esse alio tempore, quam anno tertio Olympi-
adis centesimæ quintæ, ante Christum anno 357. in nocte 4 A-
pril. Sole in 10 Tauri, Luna cum Marte in 3 ♄. latitudine eâ-
dem; cum Aristoteles iuuenis 21 annorum audiret Eudoxum,
ut ex Laertio notum.*

Commendat ibi Aristoteles Chaldæorum industriam, à qui-
bus multa talia ad Græcos peruenisse dicit.

CAPVT IX.

De Parallaxibus.



Orpora itaque, quorum species & dimetiētes astro-
nomia considerat, sunt, uti diximus, Sol, Luna, & stel-
læ: quibus accedunt Telluris Lunæque vmbra. Cæ-
terum quod præcipuum in his corporibus quæri-
mus, sunt eorum motus tam admirabiles. Ut verò hos geome-
tricus demonstrationibus expiscari possit astronomus; situm eo-
rum prius instrumentis dimetiatur necesse est. Nam ut in Geo-
metria, cum spiralem aut conicam sectionem vno actu descri-
bere nequimus, puncta aliqua, per quæ linea transit, figimus, ex
quibus integer lineæ tractus dignoscatur: ita in astronomia,
quod rudioribus dico, motus ipsos siderum minimè cernimus
oculis: Varios verò situs inuicem comparamus, indeque formã
motus quærimus, qua omnes isti situs ante notati, confirmesque
futuri, ordine efficiantur: quo obtento, astronomi munere ple-
nè defuncti sumus. Situs itaque stellarum varii certis tempori-
bus sunt quædam quasi elementa, seu potius apotelesmata mo-
tuum.

Et situs quidem ex relatorum genere est, respicitque, prout
eum nunc consideramus, stellarum loca. Eodem enim cum stel-
lis omnibus extimo mundi orbe includimur. Atque cum huius
ædificij mundani tres sint regiones ex natura figuræ sphericæ,
quam adeptum est, centrum, superficies, & intermedium; cen-